



*Petri de Gundoldingern, Equitis, & Helveticæ amicis XXXVI. Consulis dignissimi manes, pro
 patria, pro Libertate, pro fœderatis amicis in prælio illo Semipacensi generose ac sponte im-
 molatos, digna hac commemoratione, præmii ergo, honorari, quis ibi illudicis? Supremus fuit
 Imperatorum Helveticarum Imperator, & agmen illud in formam Cuneæ redactum quo Ducis
 Leopoldi acies eo facilius findi, ac decuplex hostium numerus profligari posset, non moveto dispo-
 nuerat, sed ipse ante primæ signa dimicaverat!*

*Non ille pro charis amicis, Aut Patria timidus perire,
 Imperatorem stantem mori oportet, agebat quidam, & sic mortuus est noster: pulcherrimum certe
 est huiusmodi genus, publica causa, ut Virum fortem, & strenuum oppugnata Libertatis
 assertorem occubuisse.*